Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



21

hic et nunc et.Q. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de utero matris mee.Q. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua et anima mea cognoscet nimis.Q. Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: et substantia mea in inferioribus terre.Q. Imperfectum meum viderunt oculi tui: et in libro tuo omnes scribentur. dies formabuntur et nemo in eis.Q. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum.Q. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur: exurrexi et adhuc sum tecum.Q. Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate